

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

Caput centesimum quadragesimum quartum. Jesus peccata hominum ipse portavit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

1. Joh. 2. 1, 2, 12. Sed & si quis peccaverit, advacatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi..... Scribo vobis, Filio, quoniam remittantur vobis peccata propter nomen ejus.

1. Joh. 4. 10. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

Apoc. 1. 5. Et a Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terra, qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

*De Gen. 3.15:*

I. IN primo testimonio, quod è tertio Geneseos capite depromtum est, à Vulgata recessimus, qua sic habet: *Inimicitas ponam inter te, & mulierem; & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum.* Nos vertimus, *Ipsum conteret caput tuum;* ut intelligatur, *Semen, Ebraice γένος,* quod cum sit generis masculini, sequitur γένετος, masculini item generis. Autores sequimur Irenaeum, & Cyprianum, & Onkelon. Nonnulli quoque Vulgatae editionis codices manu scripti habent *Ipse,* ut in variis lectionibus adnotarunt Lovanienses Theologi. Sic Septuaginta rediderunt, εγένετο, licet precedat αἴρεται, *semen;* ratione nimur habita significati, non significantis. Quanquam Vulgata interpretatio sua defensione non caret, quæ peti potest ex Bellarmino, aliisque eruditis Scriptoribus. Frustra autem in dubium vocata est Ebraici exemplaris fides, quam Samariticum confirmat, iisdem expressis elementis.

Iren. libr. 4.  
cap. 78.  
Cyprian. Testim. libr. 2.  
cap. 9.

Bellar. De verb. Dei, libr. 2, cap. 12.

## CAPUT CXLIV.

### Jesus peccata hominum ipse portavit.

ISA. 53. 4, & seq. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & nos putavimus eum quasi leprosum, & per effum à Deo, & humiliatum: ipse autem vulneratus est propter iniurias nostras, attritus est propter sceleres nostras; disciplina pacis nostra super eum, & livore ejus sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum ..... propter sceleres populi mei percuti eum ..... Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longevum ..... in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, & iniurias eorum ipse portabit. Ideo dispersum ei plurimos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam; & cum sceleratis reputatur est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogavit.

Thren. 4. 20. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris; cui diximus, In umbra tua vivemus in gentibus.

Noxas hominum laturnum Messiam Judæi nobiscum sentiunt. Testis R. Samuel in libro Sanctorum: testis & R. Abraham Schalom, in *תָּהֲלֵל שְׁמַעְיָה* Quocirca Messias Judæis dicitur *מֶלֶךְ אַשְׁר*, vir expiationis, ut habetur in Midrasch Schir haſſchirim.

JOH. 1. 29. Altera die vidit Johannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi.

2. Cor. 5. 21. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficiere mur justitia Dei in ipso.

Gal. 3. 13. Christus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum; quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno.

1. Petr. 2. 24. Qui peccata nostra ipse per tulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitia vivamus, cuius livore sanati estis.

1. Joh. 3. 5. Et scitis quia ille apparuit, ut peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non est.